

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Luxuria z
cum uariis

Quis eius multiplices species enumerare ualeat? Hec enim Pentapolim cum adiacenti regione subuertit, Sychen cum populo interemit; hec filios Iude percussit, Iudeum et Madianithidem pugione transfodit, tribum Benjamin pro uxore Leuite deleuit, filios Hely sacerdotis in bello prostrauit; hec Vriam occidit, Amon interfecit, plurimos lapidauit; hec Ruben maledixit, Sampsonem seduxit, Salomonem peruertit. Verum est ergo quod legitur, propter speciem mulieris multi perierunt.

Innocentius ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Luxuria z] Luxuria ab P V¹ V² L¹ L²; hec] utiam *add. (del. sub lin.)* B; Innocentius *om.* C P
V¹ V² L¹ L²